

Divinitas Iesu Xti.

a Difficultas ex parte affirmantis. Difficultas intellectualis.

Naturaliter verum affirmamus inquantum intrinsecam rei rationem perspicimus. Bis bina sunt quattuor.

Naturaliter verum credimus inquantum rationabiliter iudicamus aliam perspicere intrinsecam rationem quam nos data opera perspicere possemus. Relativitas.

Supernaturaliter credimus inquantum rationabiliter iudicamus Deum perspicere intrinsecam rationem et nobis testimonium sui iudicii praebere.

Ita verum affirmamus quod intelligere non possumus.

Io 3 3: renatus denuo 3 4 Nic male intelligit sensum
3 5 dominus explicat 3 10 Nic quaerit rationem intrinsecam
3 11 Ds affirmat testimonium

b Quae difficultas ex parte intellectus confirmatur ex difficultate voluntatis malae.

Io 3 20s mali nolunt lucem; boni credunt. Cf Io 1 9-12

Io 9 40s "Si caeci essetis, non haberetis peccatum"

10 24 dic nobis palam

opera

non vultis credere

oves credunt cf Io 6 44 65s; Mt 16 17

30 ego et Pater unum sumus 31 sustulerunt ergo lapides

32 bona opera

33 blasphemia: facis te ipsum Deum

34s iterum parat viam per sensum latiore Filii Dei

38 credite operibus: Pater in me et ego in Patre

39 quaerebant ergo eum apprehendere

12 37-43 mysterium iniquitatis.

Affirmatio fidei supponit gratiam et consensum hominis quem consensum homo malus dare non vult.

Divinitas Xti.

c Difficultas ex parte rei affirmatae.

Est mysterium duplex scil. SS. Trinitatis (unus est deus et tamen tres sunt personae divinae) et Incarnationis (una est persona Xti et quidem divina tamen in duplici natura nempe divina et humana.

Idem vere et proprie est Deus et est homo DB 148

Cui mysterio correspondet necessitas gratiae et obscuritas fidei.

Adde quae superius de expositione non systematica sed paedagogica, non scripta sed orali.

d Difficultas ex analogia veritatis. *Evolutio dogmatis.*

a' Bonum et malum sunt in rebus; verum et falsum sunt in intellectu.

Formaliter veritas est in iudicio; est relatio adaequationis in iudicio relate ad rem.

Consequenter veritas est in propositione: scil. veritas non pertinet ad propositionem qua talem sed-qua-signum-veri iudicii, neque ad propositionem qua signum rei sed ad propositionem qua signum veri iudicii vel facti vel faciendi.

b' Quidquid recipitur recipitur ad modum recipientis.

Cum verum est quid receptum in intellectu, recipitur ad modum ipsius intellectus.

Vg in Deo verum inest per modum simplicitatis, in nobis inest per modum compositionis vel divisionis per affirm vel negat

Ulterius: verum inest singulis hominum intellectibus pro singulorum cultura intellectuali; aliter in rudibus et aliter in eruditis; aliter in hominibus huius et illius aetatis

Unde quamvis veritas sit una et error multiplex, tamen veritas est una non univoce sed analogice.

Quo perfectior est intellectus, eo perfectior est adaequatio inter intellectum et rem; quo perfectior est adaequatio, eo perfectior est et rei affirmatio et per affirmationem cognitio rei

At alia est imperfecta rei affirmatio adaequatio cognitio, et alia est falsa affirmatio, defectus adaequationis, rei ignorantio

c' Porro veritas revelata recipitur in intellectibus humanis ad modum intellectus humani; subest imperfectioni adaequationis maxime tripliciter

ex defectu imperfectione vitae supernaturalis: mystici, homines et mulierculae rudes sed pii, veritates supernaturales toto corde amplectuntur et consequentias miro quodam intuitu ducunt; nos per multos annos vita religiosa occupati retreat re sol nil ex imperfectionibus linguisticis: aiebat Cato "rem tene, verba sequentur"; idem Dominus Mt 10 10 s. "Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini"; Act 2 7s; 6 10; 7

manet tamen lex: novae veritatis exigunt nova nomina technica ut sine ambiguitate exprimantur; homocousiov DB 54

ex imperfectione conceptuum: per se conceptus sunt systematici; uno systemate omnes numeros integrales concipiuntur; at paulatim omnino evoluntur systemata

etiam hodie inter Cath theol disputatur de unico esse in Xto; cf symb apost DB pp 1-10; Nicaen db 54; Const DB 86; Quicumque DB 39

vita xpositivis quod apd. Tert. Orig. Kyff. Anst 82-91

*x de Th. 11. 11. 11. 11.
Patristica et hanc Ag. I
historia inventi jationum
vob. symb. apst.
post 100 annos.*